



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

Dom. 22. post Pent. De numismate census.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

nima à peccato liberabitur, sed etiam gratiam consequere alios convertendi.

DOM. XXII. POST PENT.

De numismate census. Matth. 22.

PUNCTUM PRIMUM.

**P**harisaorum discipuli cum Herodianis misse ut Christum caperent in sermone, ajunt: Magister scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces, nec respicis personam hominum. Considera: quòd sit ingenium improborum hominum, nempe alios malos sibi adsciscere. 2. Quod per se nequeunt, id per alios moliri. 3. Consilia inire contra bonos 4. Fictè agere. 5. Adulari & laudare. 2. Contra nota, piorum & Christi imitatorum esse, ut sint Magistri, id est, Facta auctores bonorum operum aliis verbo & exemplo, deinde veraces, non ficti, qui scilicet promissa præstent. 3. Viam Dei docentes in veritate, non tractando nugas, sed pia colloquia usurpando, solidas virtutes proponendo & exercendo. 4. Neminem timentes, nisi solum Deum, ac omnibus liberè veritatem prædicantes, laudando bonos, increpando malos.

PUNCTUM II.

**P**etentibus an census dandus Cesari, respondit Iesus. Quid me tentatis hypocrita? Ostendite mihi numisma census. Et obtulerunt denarium signatum

Gg 3

gnatum

fi-  
: si  
liis  
lu-  
his  
io-  
lle  
nec  
go  
es;  
an-  
est Luc. 6:  
a- 33.  
m;  
ri-  
&

Quam  
us potens &  
it: Christo:  
en  
fa  
o-  
O  
lo- Iac. 5: 11

*gnatum imagine Caesaris.* Considera Dominum adulatoribus non abblandiri, quia non tam volunt laudare, quàm suam quærere utilitatem; ut discas non diligere favores humanos. 2. Fictos & fraudulentos non posse diultere. 3. Rectè nos facere, quando ex ipsorum verbis eos redarguimus: nam quia dixerant Christum non esse acceptorem personarum, illis non pepercit, sed hypocritas vocavit. 2. Considera, contra tentationes dæmonis, carnis & mundi quæ sit imago impressa animæ nostræ, nempe Dei, ad cuius imaginem creatus es, & in baptismo reformatus, adjuncto signo crucis, cum subscriptione: *Declina à malo, & fac bonum,* quod in baptismo promissisti: & si religionem ingressus es, cum inscriptione: *Serva paupertatem, castitatem, & obedientiam,* quia vovisti.

Homo  
imago  
Dei.

### PUNCTUM III.

**T***unc ait illis: Reddite ergo, quæ sunt Caesaris, Cesari; & quæ sunt Dei, Deo.* Considera, nos per libertatem à peccato & dæmone, quam habemus per Christum, non eximi ab obedientia Superiorum, tam secularium, quàm spiritualium: tum quia illi vigilant pro nobis in temporalibus & spiritualibus: tum quia Christus, licet verè Dominus & Superior omnium, eximi noluit: iussit enim didrachma pro se & Petro dari, ne scandalizaret. 2. Hic Cæsarem anteponi Deo, quia Deo obedire nequit, qui rebellis est Imperatori, vel Superiori suo immediato: sicut neque Deum diligere potest, qui proximum odit.

Parendum  
superiori  
bus.

PRO-